

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas b
cum fonte primo

Quapropter adiuuante domino deo nostro suscipiemus
et eam ipsam quam flagitant, quantum possumus,
reddere rationem, quod trinitas sit *unus et solus et uerus deus*,
et quam recte pater et filius et spiritus sanctus *unius eiusdemque*
substantiae uel *essentiae* dicatur, credatur, intellegatur;
ut non quasi nostris excusationibus inludantur sed reipsa experiantur
et esse *illud summum bonum* quod purgatissimis mentibus cernitur,
et a se propterea cerni comprehendique non posse quia
mentis humanae acies inualida in tam excellenti luce non figitur
nisi per iustitiam fidei nutrita uegetetur.

Mentis humane acies inualida in tam excellenti luce non figitur,
nisi per iusticiam fidei emendetur.

Augustinus I. de trinitate.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 1.2 (CCSL 50, W.J. Mountain ed.,
p.31, ll.1-11).